


# ADDITIONUM AVCTARIVM.

## VII. NEMVS DIANAЕ (p. 210. 487).

Manum de tabula tollenti nova supervenit messis inscriptionum a Boccanera in Nemore Diana effossarum.

Mallam ad tabula tentum.




C · AVRILIUS · C · F  
P R A I T O R .  
I T E R V M D I D I T  
E I S D I M · C O N S L u. c. 554  
H R O R A V I T

Descriptis Tomassetti idemque misit ectypum chartaceum. Notizie degli scavi 1887 p. 195.

1 AVRILIVS, 3 DIDIT, 4 EISDIM est in lapide; item magis videtur esse CONSL quam quod editum est in *Not. CONSOL.*

C. Aurelium C. f. consulem nullum novimus nisi Cottam consulem a. 554. Is praetor fuerat urbanus a. 552 (*Liv. 30, 26, 44; c. 27,9*). Praitor iterum videtur fuisse a. 553, nempe prorogato imperio. [Promagistratus et magistratus cum distinguantur septimo saeculo, sexto eundem usum non obtinuisse indicavit decretum Lampasacenum a. 558 (*Mith. des athen. Instituts 6,96*), confirmavit hic titulus; Cotta enim cum eum dedicarit a. 554 consul, praetor autem factus sit a. 552, altera praetura necesse est ad prorogationem pertineat per eos annos fere solemnem; neque obstat quod eius non meminit *Livius 30, 44* inter eos quibus magistratus prorogatus sit. TH. M.]

4269 *tabella aenea.*



Ex ectypo photographico quod misit Tomassettius. Descripsit O. Hirschfeld. Edita est *notizie degli scavi* 1887 p. 120 cum tab. III.2.

*C. Manlio(s) Aci... cosol pro poplo Arimenesi.* — 4 ARIMINESI  
Notizie p. 120 non recte. Praenomen Manlii, licet mutilum, certum tamen est. Cognomen magis fuerat ACI..., quamquam mirum est i litteram reliquis esse breviorem, quam AO.... Manlium Acidinum consulem Romanum novimus a. 575; sed is fuit Lucius, testibus non solum fastis Capitolinis et scriptoribus (excepto solo Obsequente qui habet *C. Manlio*), sed etiam lapide coaevo huius Corp. vol. I n. 538. Recte igitur sine dubio Mommsenus Manlium consulem fuisse existimat coloniae (iuris Latini) Ariminensis; quemadmodum in colonia Beneventana consules novimus ex titulis vol. IX 1547. 1633. Colonias eodem anno 486 deductas Ariminum et Beneventum eandem magistratum ordinationem habuisse consentaneum est.